



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De responsione patrinorum. G

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

*Narbo. cap.  
15. to. 1. cōc.  
de cōs. dist.  
4. e. si nulla  
Ibid. paulo  
inferius.*

cos, vel vicinos à quibus baptizati fuisse doceantur agendum est, ut renascantur ne pereant: in quibus quod non ostenditur gestum, ratio non sint videatur iteratum. Conferendum eis videtur, quod collatum esse nescitur, quia non temeritas interuenit presumptionis, ubi est diligentia pietatis.

*De illo, qui pro ludo immergitur.*

Solet etiam quæri, de illo qui iocans, sicut minus, cōmemoratione tamen Trinitatis immergitur, utrum baptizatus sit? Hoc autē Aug. non definit, ita inquiens, Si totum ludicre & mimice & ioculariter ageretur, utrum approbāndus esset baptismus qui sic daretur, diuinū iudicium per alium ad finem.

*Aug. ad Bo-  
nifac. Epi.  
23. ad mediū  
temp. 1.*

sicut forma est seruanda, ita & intentio illud celebrandi est habenda. Illud etiam non te moueat, quod quidam non ea fide paruulos ad baptismum ferunt, ut per spiritum ad vitam regenerētur aeternam: sed eos putant hoc remedio temporalem accipere sanitatem, non n. propterea illi non regenerātur, quia nec ab illis hac intentione offeruntur. Quod duo tempora erant, in quibus baptizabantur homines.

*Leo Pap. i.  
Epi. 4. ca. 5.  
epis Sicilia  
Ca. 6 eiusdē  
Epistola.*

Agnoscendum est etiam, in baptizandis electis duo tempora esse seruanda, i. Pascha & Pentecosten, ut in sabbatho paschē vel pentecostes baptismi sacramentum celebretur. Qui vero necessitate mortis vel periculi urgentur, omni tempore debent baptizari.

*De response patrinorum.*

Porro cuncti ad baptismum venientes, fidem suā profiteri debent, & exponere ad quid petendū venerint ad Ecclesiā. Vnde etiam baptizando que-

ritur,

gitur. Quid venisti ad Ecclesiā petere? Qui si adul-  
tus est, pro se respondet. Fidem, i. sacramentum fi-  
dei, & doctrinam. Ita etiam per singula interrogata-  
rus, respondet se credere in Patēr & Filium & Sp. S.  
Si autē parvulus est, non valens credere vel loqui,  
alius pro eo respondet. Vnde Isidorus, Parvuli a-  
lio profitente baptizatur, qui adhuc loqui vel cre-  
dere nesciūt: sicut etiam pro ægris, mutis, vel sur-  
dis alius profiteretur dum baptizantur, sic & de pœ-  
nitentibus agendum est. Si vero pro eo, qui respō-  
dere potest alius respondeat, non itidem valet: si-  
cū dictum est. Aetatem habet, pro se loquatur. Si  
vero queritur, ex quo sensu pro parvulo dicatur  
Credo, vel fidem peto? Dicimus de sacramento fi-  
dei id esse intelligendum, quod responderetur pete-  
re cum defitor ad Ecclesiam, & habere fidem cū  
baptizatur: ut sit sensus cum dicitur, Fidem peto, Aug. in fine, c. 24. lib. 4.  
id est, sacramentum fidei præstosum recipere: Cre-  
do, id est sacramentum fidei suscipio: quod est, hic de bapt. cōf. Donat. Ioan. 9.c.  
parvulus prætor est sacramentum fidei accipere.  
Vnde August. Nihil est aliud credere quam fidem  
habere: & ideo cum responderetur credere paruu-  
lus, qui fidei nondum effectum habet, responde-  
tur fidem habere propter fidei sacramentum, &  
conuertere se ad Deum propter conuersionis sa-  
cramentum. Sed adhuc queritur ex quo sensu pro  
parvulo respondeatur. Credo in Deum Patrem, &  
in Iesum Christum, & in Spiritum sanctum, Nun-  
quid de sacramento fidei an de fidei mentis ibi agi-  
tetur? Si de sacramento, cur nominatim distingui-  
tur personæ? Si vero de fidei affectu, quomodo ve-  
rum est, cum ea parvulus careat? An illud facturus  
parvulus spondetur cum creuerit, sicut & omni-  
bus pompis aboli sp̄detur abrenunciare, quod  
si non seruauerit factus adulterus tenebitur ipse, vel  
sponsor? Sane etiam dici potest ibi sponderi pro  
parvulo, quod ad maiorem ætatem si venerit, & pō-

De consec.  
d. fl. 4.

pis diaboli renunciabit, & sanam fidem tenebit, cuius tunc sacramētum recipit. Hac autem spon-  
sione parvulus pro quo sit, tenebitur non spon-  
sor. si tamen ut cautio impleatur, quantum in se  
est, operam dederit, quia exigitur à patrino, ut  
diligens circa eum pro quo spoondit, sollicitudo.  
De hoc August. Certissimam emisistis cautionem,  
qua renunciare pompis diaboli spondistis.

Dēcātechismo & exorcismo.

*Ex Isidor. ad  
finem cap.  
19. lib. 6. eti-  
mologi.*

Illa a. interrogatio & responsio fidei fit in cate-  
chismo, cui additur exorcismus. Ante baptismum  
fit catechismus & exorcismus, post catechismū  
sequitur exorcismus: ut ab eo, qui iam fide instru-  
ctus est, aduersaria virtus pellatur. Exorcismus de  
Græco dicitur in Latinū adjuratio: Catechismus,  
Instructio, Catechizare est instruere: ut de Sym-  
bolo ac rudimentis fidei, Exorcizare est adjurare;  
ut, Exi ab eo spiritus immunde. Symbolum est si-  
gnum vel collatio. Signum qu a eo fideles ab in-  
fidelibus discentur. Collatio, q a ibi totius fidei  
sufficiētia & integritas est collata. Catechismus  
& exorcismus neophytorum sunt: magisq; sacra-  
mentalia q; sacramēta dici debent. Neophyt⁹ No-  
uitius interpretatur vel rūdis: & dicitur Neophyt⁹  
nuper ad fidem conuersus, vel in disciplina re-  
ligios⁹ conuersationis rūdis. Hęc ergo præcedunt  
baptismum: non quod sine istis non possit esse ba-  
ptismus verus, sed vt baptizandus de fide instrua-  
tur, & sciat cui debitor fiat deinceps, & diaboli po-  
testas in eo minuatur, Vnde Rabanus. Ante Bapti-  
smum, catechizandi debet in homine præuenire  
officium: ut fidei catechumenus accipiat rudimē-  
tum, & sciat cui debitor fiat deinceps. Item Aug.  
Parvuli exuffiantur & exorcizantur, ut ab eis pel-  
latur potestas diaboli, ne iam cōtendant eos sub-  
uertere, ne baptis̄mum consequantur. Non ergo  
ab infantibus creatura Dei efflatur vel exorciza-  
tur, sed diabolus, ut recedat ab homine.

DE

Raban. in  
fine cap. 25.  
lib. 1. de in-  
stitutione  
actorum.  
*Ibid. infe-  
rius.*  
Aug. t. I. l. I.  
ad catechu-  
menos de  
symbolo,  
tom. 9.

baptismum: non quod sine istis non possit esse ba-  
ptismus verus, sed vt baptizandus de fide instrua-  
tur, & sciat cui debitor fiat deinceps, & diaboli po-  
testas in eo minuatur, Vnde Rabanus. Ante Bapti-  
smum, catechizandi debet in homine præuenire  
officium: ut fidei catechumenus accipiat rudimē-  
tum, & sciat cui debitor fiat deinceps. Item Aug.  
Parvuli exuffiantur & exorcizantur, ut ab eis pel-  
latur potestas diaboli, ne iam cōtendant eos sub-  
uertere, ne baptis̄mum consequantur. Non ergo  
ab infantibus creatura Dei efflatur vel exorciza-  
tur, sed diabolus, ut recedat ab homine.